f) Iac. Andreae Smidelini confessio, quam dixit domino ~~Pasquit~~ Pasquillo, a quo postea propter insignem et inimitandam devotionem in literas est relata.

g) Absolutio Pasquilli ad confessionem Smidelini.

h) Propriissima nomina spurcissimi ac nefandissimi apostatae Iac. Andreae Suevi.

In acrosticha nominis sui relata.

i) Handlung vndt gesprech tzwischen den Itzigen Witebergischen Theologen vndt M. Henrico Brehm vom Hoff, vber den artickul vom h. abendmahl des hern, geschehen d. 9. Nov. a° 74 in der Stadt Wittembergk.

Ab illo ipso descriptum. Fuit idem Brehm, cujus ~~hab~~ exstat commentarius in aurea carmina Pythagorae. — Egregie facit ad Sacramentarias et Calvinisticas controversias illustrandas, quae tum fervebant. (Brehm war damals 28. Jahr alt.)

Cod. chart. in 4. sec. 16 exaratus a Buchholzero ipso ut videtur. Olim fuit Loescheri, qui num ex illo specimina dederit in Unschuldigen Nachrichten aut alibi, scire velim. (Brühl ~~192~~ 205.)

Id quidem fecisse non videtur.

208.

Tractatus moralis de VII. vitiis capitalibus, in IX partes distributus.

Prima pars est de vitio in communi, II. de vitio gulae, III. de vitio luxuriae, IV. de ~~a~~ avaritia, V. de accidia (i. e. pigritia), VI. de superbia, VII. de invidia, VIII. de ira, IX. de peccato linguae. — Praecedit index partium et capitum. Pars I. sic inc.: „Dicturi de vitiis incipiemus de vitio gulae.“ Opus expl. sic: poenituit vero tacere nunquam.

Cod. membr. in 4. min., sec. 14 exeunte aut 15 ineunte binis columnis exaratus. (Brühl 178.)